



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata**

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex  
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

**Arias Montano, Benito**

**Antverpiæ, 1589**

Psalmvs XXIII. Dominus regit me.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44993**

PSALMORVM

- 48 Namque ille haud inopes prospicere abnuit,  
Nec fastu miserum despicit inuido,  
Nec vultus famulo distinuit sacros,  
Sed præsens querulum audiit.
- 25 Vnum te referet laus mea principem  
Audita innumeros per populos: tibi  
Soluam vota pios inter ouans choros,  
Magnum qui metuunt Deum.
- 26 Libabitque epulas turba modestior,  
Et lætum peragent hunc saturi diem:  
IAM qui celebrant, laude canent nouiss.  
Vivant corda diu pia.
- 27 Telluris memores vndique termini  
IAM deposita stultitia petent,  
Quem diuisa locis agmina Gentium  
Votis supplicibus colent.
- 28 IAM regnum etenim iure tener suo;  
Huic cedetque hominum cuncta potentias  
Ille æquo varias (nam sapit, & valet)  
Gentes imperio regit.
- 29 Et quotquot saturat delicijs ferax  
Tellus, cum dapibus suscipiam meis;  
Mirati superum munera, supplices  
Grates exsoluent pij.
- 30 Hoc præsente graui corruet impetu,  
Quisquis delituit puluere sordido,  
Cuius noui animam numine viuido  
Magnus restituit pater.
- 31 Sed semen, placido pectore quod coleat  
Illa ætate Deum, cædet amabilem  
Conscriptum Domini ac principis in gregem,  
Iunctum ciuibus & poli.
- 32 Illi post genito iustitiam Dei  
Narrantes populo, nuntia deserent,  
Dicent pollicitis denique ut efficax  
Numen constiterit suis.

PSALMVS XXIII.

Dominus regit me.

PIETATIS CONDITIO BEATA.

Psalmus David. Ode Sapphica.

**D**Vm salutaris mihi pastor IAS  
Consulit, felix ego nil egebo;

Ille

L I B E R . I.

49

- 3 Ille me caulis stabulat virenti  
Gramine Ixtis.  
Ille me lenis fluuij quietos  
Riuulos propter medium per æstum  
Dicit, ac lympha recreat liquenti hæc  
Languida membra.  
3 Callibus rectis bonus atque iustis  
Orbitis ducet pecus, & vaganti ab-  
uertet errore: hæc bene certa cura est  
Nominis almi.  
4 Pone me, lethi ad tenebras profundis  
Vallibus, pallens ubi semper horror  
Excubat, nulla hic mala te pericla  
Rege timebo.  
Quem geris dextra, baculus, potenti  
Et pedum, cunctis metuenda monstri  
Arma, securum insidijs iubent me  
Viuere cunctis.  
3 Inuidio atque hosti ante oculos refertans  
Instruis mensam mihi tu, caputque  
Dum bibo plenis pateris, fragranti i-  
ungis oliuo.  
3 Quin beans virtus tua me sequetur,  
Luce dum vitæ fruor hac serenæ;  
Mox dies I AE innumeros beata ut  
Verser. in aula.

P S A L M . X X I I I .

Domini est terra, & plenitudo eius.  
E C C L E S I A E S E C V R I T A S .

Psalmus David.

Ode Dicolas Distrophæ.

- Terra parens opibus plena, & quos continet orbis  
Magni I AE sunt secula virorum.  
2 Isterram super imposuit maria omnia firmamq;  
Fluminibusque aptauit agendis.  
3 Quis nam I AE subeat montem loca sanctæ tenet  
I AE quis poterit pede recto?  
4 Immunes quisquis palinas extendit in altum;  
Cui nullis tumidum est vitijs cor.  
Quiq. animo vanum cupijt nihil improbus, arte &  
Iurando semorus ab omni est.  
3 Hunc charum & iustum, numerosa ac dote beatum  
Rex suus efficiet bonus I AS.

D

Nec